UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opera Mystica V. Ac Mystici Doctoris F. Ioannis A Crvce Primi Religiosi Discalceati Ordinis B. V. M. De Monte Carmelo Et Seraphicæ Virginis Theresiæ fidelissimi coadiutoris

Juan <de la Cruz>

Coloniæ Agrippinæ, 1639

Approbatio Ad. dum Reu. Patris præsentati Fr. Thomæ Daoiz Ordinis S. Dominici S. Theologiæ Profeßoris in Conuentu Sancti Thomæ Matriti, nec non Sanctæ Generalis Inquisitionis Qualificatoris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37873

Visual Library

APPROBATIO

Ad.dum Reu. Patris præſentati Fr. Thomæ Daoiz. Ordinis S. Dominici S. Theologiæ Profeſſoris in Conuentu Sancti Thomæ Matriti, nec non Sanctæ Generalis Inquiſitionis Qualificatoris.

EX mandato Celſitudinis Veſtræ vidi opera Spiritualia, quæ dirigunt animam ad perfectam Vnionem cum Deo, Authore Ven. Pat. Fr. Ioanne à Cruce Primo Diſcalceato, & parente reformationis Ordinis Beatiſs. Virg. Mariæ de Monte Carmelo; Quæ cùm ſingulari ſtudio ac diligentia legiſſem, inueni Doctrinam non ſolum piam, & valde Catholicam, ſed ex grauioribus, eruditioribus, & vtilioribus hactenus in lucem editis, ad dirigendas animas ad perfectam vnionem cum Deo, in qua ſumma perſpicuitate, & eminenti modo traditur purgatio, & purificatio potentiarum ſenſitiuarum, & ſpiritualium, nec non media vſurpanda ad conſequendam & attingendam Vnionem, & Contemplationem perfectam. Iam vero quia Doctrina ſublimis, & extraordinaria eſt, habet nonnullos loquendi modos, in quibus hærere poſſet Lector; Cæterum ex Doctrinæ contextu & connexione ſignificata iſtorum terminorum iuxta Myſticam Phraſim dilucidantur; adeo vt Doctrina Sancta, & Catholica valdeque Scholaſticæ Theologiæ conformis appareat. Quæ vt publici iuris fiat, & effectum ſuum ſortiatur pius zelus Ven. Pat. Ioannis, in his ſuis libris relictus; vtque ex ipſius Doctrina fideles omnes proficiant, Cenſeo Celſitudinem Veſtram iubere debere, vt præfata opera typis cudantur. Secunda Aprilis, Anno 1618.

Fr. Thomas Daoiz.

APPRO-